

### III.

## Ein Bericht über die Lektüre an der Paderborner Domschule aus dem Jahre 1565.

Von

Archivrat Bernhard Stolte, Paderborn.<sup>1)</sup>

In dem Weinbuche der Stadt Warburg von 1553 findet sich auf dem drittletzten Blatte ein Originalbrief eines Thomas Becker an den Warburger Stadtschreiber Liborius Manegold von 1556.

Dieser Brief ist wegen des auf beiden Seiten sich darbietenden freien Raumes zu Aufzeichnungen über die Weinankäufe des 1564ten Jahres benutzt worden.

Die rückseitige Adresse lautet:

Probo, et Doctissimo M. Liborio Manegoltz Warburgij a secretis, nepoti meo attestor, propria talia scripta manu.

Si vales, bene est, ego quidem valeo. Misi ad te literas sexto Maij, mi amantissime nepos, ne mirere alia manu esse, putoque tibi traditas esse. Jam rogoque, ut ires in aedibus parentibus meis, sive prosequeris dictas, nam est ille liber in sista, quem hic tibi nominare volo, nempe psalterium Davidis Eobani Hessy, carmine redditum<sup>2)</sup>, ut quam primum eum mihi mittat, quoniam lecturus est nobiscum.

Visum est faciendum, quomodo sese res haberet in coetus scholarum te certiore ut facerem. Mane sexta hora praelegitur nobis grammatica Philippi<sup>3)</sup>. Septima Dialogi sacri Castalionis<sup>4)</sup>. Nona hora Musica Nicolaj Listenij<sup>5)</sup>. Duodecima hora praeleguntur

<sup>1)</sup> Herr Bibliotheksdirektor Prof. Dr. M. Bömer, Münster, hatte die Güte, die beigelegten bibliographischen Angaben zu machen.

<sup>2)</sup> Eobanus Hessus, Psalterium Davidic. carmine redditum. 1539 u. ö.

<sup>3)</sup> Phil. Melancton, Grammatica lat. 1525 u. ö.

<sup>4)</sup> Sebastian Castalio, Dialogi sacri 1543 u. ö.

<sup>5)</sup> Nicolaus Listenius, Rudimenta musicae 1533 u. ö.

nobis elegantiae pueriles ex Marci Tullij Ciceronis epistolis, prima hora statuit, se velle nobis legere Grammaticam Clenardj<sup>1)</sup>, alternis vicibus prosodiam rationem versuum Theobaldi Maguntini<sup>2)</sup>, nuper publicatam et recognitam. Rogarem te bene vehementer, si tibi non molestum esset, si Bibliopolae haberent istum librum, quoniam hic non prostat, ut parentem admoneres, ut mihi emeret istum. Hora quarta prelegitur nobis Syntaxis Caelij secundi<sup>3)</sup>. Diebus praecedaneis vero interpretabuntur nobis superioribus Psalmi poenitentiales ex psalterio Eobani Hessi, carmine redditos. Diebus Dominicis Quintani et Quartani hora sexta matutina et prima a meridie accipimus fragmenta Evangelia Graeca. Die lune singulis septimanis exhibemus a prandio versuum exercitia. Diebus Jovis autem hora duodecima pomeridiana ante permissionem singulis classibus fit disputatio in praeceptis grammatices.

Jam non ago tibi gratias, cui enim re vix referre possum, huic et praecedentibus scriptis meis non patitur, res satisfieri. Utinam praesens illum diem mihi optatissimum videre contingeret, proque tuis beneficiis tibi operam meam studiumque navare. Mirifice te diligo non propter id, quod mihi sanguine iunctus es, sed propter summum tuum ingenium summamque doctrinam, tum propter singularem modestiam. Dic uxori tuae liberisque tuis salutem plurimam. Velim, ad ea mihi rescribas, quae ad te antea scripsi. A me vero, cum paulum otii nacti erimus, uberiores literas expectato. Valetudinem velim tuam cures quam diligentissime, quia tu solus miseriarum mearum es remedium.

Datum Paderb. Duodecimo Maji Anno 65.

dd

Thomas Becker.

<sup>1)</sup> Nicolaus Clenardus, Institutiones in linguam Graecam. 1530 u. ö.

<sup>2)</sup> ?

<sup>3)</sup> Caelius Secundus Curia († 1569), Thesaurus linguae Latinae 1561 u. ö. oder De grammatica sive de litteris declinaque puerili libri 6 1555.